

Pra. 27. num. 18.

25

1705,7.

J. J.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
PERICULOSA
CONCEPTIONE
INSTRUMENTI

P 434
QVAM
TRIUNO ADJUVANTE
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINI;
IN CELEBERRIMA AD VARNUM ACADEMIA
SUB PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI CELEBERRIMI QVE JCTI

DN. JOHANNIS JOACH.
SCHOEPFFERI,
J. U. D. ET PROF. PUBL. COMITIS PALAT. CÆSAR.
NEC NON CONSISTORII MEGAPOLENSIS ASSESSORIS
GRAVISSIMI
DOMINI PATRONI, HOSPITIS AC PRÆCEPTORIS
OBSEQUENTISSIME DEVENERANDI
IN AUDITORIO MAIORI D. 10. OCTOBR. AO. MDCCV.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT

J. Bürgensen / TUND. HOLSAT.

ROSTOCHII,
Typis Joh. Wepplingii, SEREN. PRINC. & ACVD. Typegr.



30

DIESER TITEL DER DAGE
PERICULOSA
GONCERNIA
TURMUS

TRIUMPHALIS AVANTIA
CONTRA MAGNIFICIS TOTULUM OPIUM
IN CEREMONIA AKADEMIA
SUSPENSIO

DN. IOACHIMUS RIGA
SOPORR

IN PRAEFATIS COMITATIS
CIVITATIBUS ET ASSOCIIS
CUM CONSORTIBUS
DOMINI PETRONI HORTIUS VENETUS
OCEANOANTHEMIA
HABENDA
FESTO EKHOGRAPHI EXAMINI
CUM

J. BUNIUS ET M. HORTI

COLLOQUII
CUM



PRÆFAMEN.



lligentissime lingvam continere
suam, ne quisquam eā lādatur, mā-
ximā est virtutis, cujus tanto ma-
jor laus, qvanto frequentior qvoti-
die occurrit peccandi occasio, ut
autor epistola Jacobi 1.3. v.8. judi-
cet: nullum hominum domare
posse lingvam, in cujus manu
mors & vita posita est. *Prov. c.18.*
v.21. Is vero qui pauca & probe

considerata loqvitur, facilius lingvam ab aliorum temperabit
inuria, qvam homo, qui de qvovis qvævis referre & ju-
dicare solet. Non minorem tamē difficultatem reperiri in
moderando calamo, qvam lingvā judico, nisi qvod illa, qvæ
scribuntur, majori cum deliberatione charta committi sole-
ant, secus atqve illa, qva volubili haud raro effutiuntur
lingvā. Exadverso vero illa qvæ dicuntur, non ubique tan-
tā attentione tantoqve examinantur iudicio, qvam illa
qvæ literarum committuntur monumentis, vox enim dicta
facile transit, litera scripta verò manet. Qvicunqve ergo
calamum & crenam suam custodit, is custodit animam
suam ab anguliis arg. *proverb. c.21. v.13.* Nec tamē calamo
carere possumus, cum illa, qvæ olim posteritati vel Judici
innocētē debent, propter humanæ vita brevitatem ac
memoriæ imbecillitatem, literis exscribenda sint. Cujus
scripturæ exaratio qvandoqve civilitatis ac humanitatis
est, si quis cum honoratiore negotium gerat, illumqve
overā scribendi levare velit, qvandoqve etiam necessitatē
est, si nobis negotium sit cum homine literarum ignaro.
Omni tamē tempore, non sine periculo est instrumentum
concipere ac confignare, qvia in dubio contra scribentem

A

faci-

facienda est interpretatio, filis oriatur, qvid verba instrumenti importent. Hinc Excellent. JCtus Samuel Stryck: *in perutili tractatu de Cautel: contract. Sect. I. cap. 4. §. ult.* hortatur: Ne quis operam conscribendi contractum facile in se recipiat; est enim hec civilitas valde nociva, si alter contrahentium ad consciendum contractum se offerat. Qvem locum cum uno altero eorum exemplo illustrandum quererem, observavi, de hac materia ex professo hactenus nullum editum esse tractatum, nullamque reperi mihi licuit disputationem, qvæ materiam hanc satis utilem ac quotidianam speciali ac singulari opera illustrasset. Qvod cum Excellentissimo Dn. Præfidi, Præceptor meo summopere colendo, indicarem, autor mihi fuit, ut in hac materia vires pericitarer meas. Dicto audiens paucas has conscripti paginas, ita ut *cap. I.* ostenderem periculosum esse instrumentum scribere in ~~actu~~ inter vivos, *cap. 2.* periculosum esse instrumentum scribere in actu ultimæ voluntatis, *ultimo vero capite* monstrarem maxime periculosum esse in quibusdam delictis conscribere instrumenta. A DEO verò omnis boni Autore initium facio, eundemque pro benigna assistentia, qvæ decet dovitio, ardenter invoco precibus.

CAPUT I.

probans

PERICULOSUM ESSE INSTRUMENTUM
SCRIBERE IN ACTU INTER VIVOS.

SUMMARIA.

JNgressus n. 1. qvomodo differat obscurum &
periculosum esse literis con- ambiguum n. 3.
tractum scribere n. 2, qvid hic denotet Legem n. 4.
Lex

✿ (3) ✿

- Lex 39. ff. de pac*t*. canonisata Regula nostra limitatur, si
 s*f* n. 5. verisimilitudo sit proscripta
 Hinc major ejus authoritas n. 6. bente n. 24. sqq.
 Licet alter instrumentum sub scripsit, tamen contra scribentem sit interpretatio n. 7. sqq.
 objicitur; verba dubia à profrente esse explicanda n. 15. sqq.
 & resolutur n. 17. sqq.
 L. 39. ff. de pac*t*. non est abrogata. n. 20.
 etiam in publicis Pacificationibus obtinet n. 21.
 Potentiores tamen contrarium servant n. 22. sqq.
 Nostra legis usus est in privatibus 24.
 An advocatus pro certo honorario defensionem causa promittens, pro eodem salario causam defendere tenetur in secunda instantia n. 25. sqq.
 Si scriptura desideretur zur Vollziehung, an pro substantia desideretur? n. 30. sqq.
 Facultas disponendi intelligitur tam inter vivos quam in ultima voluntate n. 33.
- A 2
- Regula nostra limitatur, si verisimilitudo sit proscripta bente n. 24. sqq.
 Donatum sub conditione si filius natus donatum quoque; si filia nata. n. 36. sqq.
 Nisi filius ex alio marito sit natus n. 38.
 Caroli Vti verba dubia adducuntur n. 39. sqq.
 Limitatur secundo: nisi verba communiter alium habeant intellectum n. 42.
 Illustratur exemplo domus liberè venditæ n. 43. sqq.
 Limitatur tertio: Si quis verbis dubiis probare vult n. 47.
 Limitatur quarto: Si verba in alicujus favorem sunt adjecta n. 49.
 Limitatur quinto: quod in obsecris minimum sequendum n. 50.
 Et sexto: Si ex circumstantijs de mente constet n. 51.
 Limitatur septimo: Si quis per eosibi reservaverit interpretationem n. 52.
 Ex dictis deciditur casus: de 1. 0. 2. Simus desideratis n. 53. sqq.
- In

4 CAP. I. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

I.



2.

N ipsa præfatione ad-
duxii: periculorum esse conscri-
bere contractum, hujus *in hoc
capite* excutiam rationem, con-
traria resolvam, ejuscq; exempla
adducam subjectis limitationi-
bus. Periculorum esse contra-
ctum literis consignare proba-
tur *ex L. Veteribus 39. ff. de pactis*,

ubi regulæ loco traditur: qvod verba obscura vel am-
bigua nocere debant illi, in cuius potestate fuit, legem
apertius conscribere. Qui vero consignat contractum,
verba ambigua apertius conscribere potuit, ergo con-
tra hunc facienda interpretatio.

3.

Inquirere autem, hac vice, non lubet in differentiam
obscuri & ambigui, qvā vulgo in eo ponunt: qvod obscu-
rum sit, qvod varium admittit sensum, ambiguū vero
qvod duplicem habet significatum *Goth. in not. ad d. l. 39.*
adeoq; omne ambiguū est obscurum, sed non contra
Wiss. ad L. II 4. ff. de R. J. n. 1. mihi enim hæc verba sunt syn-
onyma idemq; denotant, qvod hunc vel alium admit-
tit sensum, *Feltman. ad L. 39. ff. de pact. n. 1.* Nec multis
disputabo, qvomodo privati legem dicere possint, si
quidem frequens in jure, quod pactum & conventio
vocetur Lex contractus *L. I. §. 9. ibi: hac lege & §. 12. ibi:*
propositio certam Legem dat contrahentibus ff. de exercit:
att. eodem ergo sensu *in d. L. 39.* dicitur, quod ambigua
nocere debeant illi, qui legem apertius conscribere
potuit.

4.

Id

SCRIBERE IN ACTU INTER VIVOS.

Id vero noto: Legem hanc 39. ff. de pact. canonisatam seu in corpus Juris Canonicis transcriptam esse, si quidem in Cap. 57. de R. J. in 6to legitur eadem conceptis verbis: *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda.* Ex tam svavi concordia utriusque juris majorem regulæ nostræ firmitatem colligo: quod in dubio semper contra scribentem contrarium facienda sit interpretatio. Hic enim apertius verba scribere poterat, quod dum non fecit, ipse in culpa est, culpa vero cuique sua, non adversario nocere debet L. 155. pr. ff. de R. J.

Nec diversum statuo, licet alter cum quo contractum, verba concepta contractus vel legerit atque approbaverit, vel etiam sua subscriptione confirmaverit, quia Lex non distinguit, ergo nec nostrum est distinguere. Nec est quod objicias (i.) eum qui lib. 7. scribit instrumentum in effectu haberi pro eo, qui instrumentum conscripsit, pr. Inst. de emt. vendit, ibi: vel manu propria, vel à contrahentibus subscripta. (i.) & quod tollat 9. lern adesse culpam in eo, qui obscurè scribit, & in eo, qui obscura subscribit, poterat enim subscribens, antequam subscriberet, monere alterum contrahentium, ut ambigua & obscura clarius exprimat, omneq; tollat 10. dubium, quod si neglexerit, in pari est culpa cum eo, qui contractus instrumentum concepit, extra dubium verò positum, quod in pari culpa, neutri adversus alterum concedatur actio, vel præjudicium, sed culpa cum culpa compensatur L. Item Mela ii. pr. ff. ad L. Aquil. L. Viro 39. ff. solut. matrim. Respondeo enim majorem II. culpam in eo esse, qui instrumentum concepit, qui

6 CAP. I. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

verba clarius scribere debebat, is enim quia licet legit, non aequi facile singula considerare atque perpendere potest verba, atque ille, qui instrumentum concepit.

12 Qvoties vero unus damnum pati debet ex illis, qvorum uterque in culpa est, toties damnum patitur is, qui in majori est culpa *arg. L. si ex plagiis 52. §. 1. in fin ff. ad L. Aquil.*

13 Dicta declarabo alio exemplo: verba stipulationis dubia sunt, qvareritur contra quem sint interpretanda? Uterque in culpa est, tam stipulans quam Promissor; ille, qvod non clarus vel interrogaverit, vel promittentem ad claram responsionem adegerit, hic vero in culpâ qvod non clarus mentem declaraverit, qvatenuis obligatus esse velit;

14 Nihilominus verba dubia contra stipulantem interpretantur. *L. stipulatio 38. §. 18 ff. de V. obl.* Sic in nostro casu, licet & concipienti instrumentum & subscribenti aliqua imputari possit culpa, nihilominus verba contra scribentem interpretanda, qui in majori est culpa, quam ille, qui contractum tantum subscrispsit.

15 Aliud non leve dubium contra textum L. nostrae 39. ff. de pæct. moveri potest: qvod scil. verba dubia ab eo sint interpretanda, qui verba protulit. Sic sententia dubia ab eo interpretanda, qui eam tulit *arg. L. 46. ff. de Re jud.* Cum ergo dubium oriretur: an Judex sententiam à facultate Juridica ejus nomine conceptam interpretari possit, in Tribunalii Wismariensi d' 27. Sept. 1613, decretum: acta ad facultatem remittenda esse, ut ipsa verba dubia interpretaretur, teste Mev. part.

SCRIBERE IN ACTU INTER VIVOS.

7

Part. I. D. 110. qvam decisionem approbat excell. Stryck. **16**.
 in introduc. ad praxin c. 23. §. 1. & in Us. Mod. ff. tit. de
 Orig. Jur. §. 7. qvia qvisque verborum suorum optimus est
 interpres. *Mev. d. Decis. n. 4.* Sic Principis est
 interpretari verba dubia & ambigua dati privilegiū L.
 191. *infim. ff. d R. J.* Actor quoq; qui dubia verba libello
 interuit facultatem habet illa interpretandi *L. 66. ff. d.*
Jud. quidni ergo scribens instrumentum habeat facul-
 tatem, verba dubia, quæ ipse scripsit, interpretandi?
 Repono enim in contractibus rem aliter se habere **17**
 atq; in casibus enarratis, extra contractum, & quories
 quis jus constituit, vel alia quædam loquitur, vel scri-
 bit, toties loquenti & scribenti conceditur facultas
 dicta vel scripta sua interpretandi, quo etiam libelli
 interpretatio spectat, propter *L. 66. d. Judic.* In con- **18**
 tractibus vero *L. Veteribus 39. ff. d. Paet.* locum sibi vin-
 dicat, quia contractus dependent à duorum consensu,
 ergo unus verba in sui favorem interpretari nequit.
Brunnem. add. L. 66. de Jud. n. 3. *judicia vero dantur in*
invitos, quæ ratio diversitatis à Paulo suppeditatur in
L. 83. §. 1 ff. d. V. obl. Breviter in *L. 39. de paet.* continetur
 regula: *Verba dubia contra eum interpretanda, qui aper-* **19**
tius legem contractus scribere poterat, hoc est contra
concipientem, juxta Stryck. in Caut. Cont. scđt. 1.c. 4 § 16.
in legibus vero n. 15. & 16. adductis, continentur causas
separati, vel exceptions, vid. plurib. Manticam d. Ta-
cit. & ambig. conv. l. 2. Tit. 4. n. 99. sqq.

Nunc cogitandum mihi an *L. Veteribus 39. ff. de* **20**
paet. inter veteres & abrogatas sit referenda, an vero in
 viridi adhuc sit observantia? prius approbat *Græn-*
weg.

3 CAP. I. PROBANS PERCUL. ESSE INSTRUM.

weg adhanc L. 39. qva est facilitate in Legum desvetudine afferenda, etiam hunc notabilem textum hodie non observandum esse, vult. Alii vero celeberrimi Germaniae JCti, tum mortui, tum adhuc vivi Legem hanc 39 tanquam valentem, & in viridi observantia existentem adducunt. Stryck. suprjam adduxi, cui jungo Brunnem. ad d. L. 39. n. ult. Feltmann. ad eandem L. 39. n. 9. qui ex professore contra Autumnum & Grænweg. legis hujus usum defendunt. Eandem Legerin adduxit Mev. P. 3. D. 180. n. 4. Wissenb. adff. Vol. 1. Disp. XI. th. 40. Barbos. in axiom. lib. 19. c. 8. ax. 33. ubi plures adducit, qvos huc transcribere operæ pretium non existimo.

21 Imo ad publica negotia & pacificationes initas hanc Legem trahit Celeberr. Grot. d. J. B. & Pac. lib. 3. c. 20. §. 16. ubi contra eum qui Pacis conditiones dedit, verba dubia interpretanda dicit, qvia

22 hic apertius loqui potuit. Verum enim vero si mores seculi proxime elapsi consulemus, conqueri necesse sum habemus: Regem Galliarum aliosque potentiores, satis certa & liquida, sub specie tantum ambigui, nihi-

23 lominus in suam traxisse utilitatem, hinc sedulo horror omnes, qvotqvot negotium cum potentiore peragunt, ut pacta literis consignata, ante ratihabitationem & consummationem pluribus committant jure, non peritis, sed prudentibus, qui usu rerum edociti, ex quibus verbis nova litigandi ansa capi possit, ut re integra planam petant declarationem, ne vulnerata jam causa remedia querere necessum habeant.

24 In privatis negotiis innumera hujus Legis utilitatem confirmantia adducere possem exempla, cum vero

SCRIBERE, IN ACTU INTER VIVOS.

verò, hac vice, brevitas mihi amica sit, vel bina adducam, & qvādēm talia, qvæ ab aliis Doctoribus ad nostram Legem adducta non esse, videam.

Finge Advocatum cum cliente suo pactum ini
fisse: qvod pro certo honorario causam defendere debe.
at, donec fuerit decisa, sententiā latā, provocatur, qvāri-
tur: an pro eodem salario, in secunda instantia, Ad-
vocatus, porro causam defendere teneatur, an vero
novum petere possit salarium. Advocato novum ad-
judicant salarium *Carpz. Parf. I.C. I.D. 24. Umm. in proc.*

*Diss. 2. n. 44. & qvos hi allegant per cap. 14 X. de procu-
rat. ibi: licet appellationem prosequi non teneretur invitis.
Clienti sicut Schwend. ad Ekholt tit. de procurat. §. 13.
ad verba: de jure siquidem, Excell. Dn. Præses in Sys-
Jur. Priv. tit. de Procurat. n. 42. Donell. encl. lib. 18. c.
16. lit. G. qui se fundant in L. 8. §. 8 ff. mandat L. 17. C. de
Procurat. L. 1. §. fin. ff. ad SCt. Tarpill. Alii distingunt, an
expresse verba directa sint ad instantiam, & novum*

*honorarium in secunda debetur Mev. Part. 4.D. 249 n. 1.
idemque si expresse dictum: usqve dum una definitiva
sententia sit lata. Muller. in prax for. March. Res. 54. n.
21. 22. Si vero de tota causa detendenda, pro certo sala-
rio dictū, vel scriptum, tunc etiam pro eodem salario, in
secunda instantia Advocati munus præstare tenetur, si-
nita qvippe causa dici non potest qvādiu in una aliqua
instantia nondū est decisa. Mev. d.D. 249 n. 1. qvæ senten-
tia dubio caret, si scriptum: bis die Sache gänzlich
wirkt zum Ende seyn. Verum qvid si generaliter &*

*ambiguum scriptum sit: Donec causa sit decisa, bis sit
wirkt abgeurtheilet seyn. Ego ad L. Veteribus 39. ff. de-
Pact. recurrerem dicendo: Si Advocatus contractum*



10 CAP.I PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

innominatum, de causa pro certo honorario defendendā, concepit, contra hunc facienda est interpretatione, qvia ut Jurisperitus verba clarius exprime re & conscribere poterat. Si cliens contractum signaverit, pro advocate terrem sententiam, qvia cliens apertius scribere debebat.

30 Qvæ haec tenus inter recentiores qvosdam Celeberimos Doctores occasione L. 17. C. de fid. Instr. disputata sunt, de voluntate in scriptis contrahendi, notiora sunt, qvā ut à meprolixa oratione repetantur, finge in pactis dotalib⁹, vel in instrumēto emptionis, posita esse verba: Es soll diese Ehestiftung oder Kauf Contract durch beyderseits Unterchrift vollenzogē werden. Verba vollenzogē werden ambigua sunt, latine enim efferrī possunt: consummari, reddi quoque possent per perfici, si primum sensum admittas, scriptura non erit de substantia, sed probata conventione per testes, patrum vel contractis firmus erit, licet scriptura juxta præscriptum L. 17. C. de fid. Instrum. non sit utriusque manibus subscripta, qvia consummatio nihil detrahit perfectioni contractus §. 1. Inst. de oblig. ex cons. Si vero vox vollenzehen denotet perficere, sine scripturæ perfectione, nec pactum nec contractus perfectus erit.

Ego salvis aliorum autoritatibus recurserem ad L. Veteribus 39. ff. de past. & concluderem: Contra eum, qvi instrumentum concepit, verba hæc dubia esse, interpretanda, ita ut eo subscribente, alter qvi nondum subscriptis, obligatus non sit, in scribentis enim potestate fuit, legem apertius conscribere. d. L. 39. Quid erudite desimili casu scriplerit & eruditio orbi communicaverit nobilissimus JCtus Theodosius Schöpf.

SCRIBERE IN ACTU INTER VIVOS.

4

Schöppfer/inperutili tract. de Stat. Viduit, mut. | P. 1. c. 4. lege re potes à n. 15. usq; ad n. 120. Alia solemnis controversia 33. centū millia coronatorū importans ex eadem hac Lege, 39. de pæt. in suprema Galliarum curia decisa. Sponsus scil. Sponsæ suæ centum millia donaverat, ea lege, ut si improlis decederet, reverterentur ad hæredes donatoris, nisi de iis sponsa disposuisset. Hæc in ultima voluntate de dicta summa disposuit, & die ult. Jun. 1614. judicatum contra hæredes sponsi, qui apertius legem donationi scribere potuisset, si dispositionem tantum inter vivos restringere voluisse, teste Mornac, ad d. L. 39. & ex eo Feltmann. d. l. n. 12.

Supersunt regulæ nostræ limitationes, quarum 34 prima sit: Nisi verosimile sit, scribentem aliud sensisse, tunc enim pro scribente vel loquente verba capi possunt. In obscuris enim inspici solet, quod veri similius est. L. II 4. ff. de R. J. quæ regula iterum Jure Canonicō approbata est Cap. 45. de R. J. in 6to. Et verisimilitudo prius attendenda quam nostra Lex Veteribus 39. d. pæt. uti ad hanc Legem notat. Brunn. n. 6. & idem Brunnem. in pælect. ad Cap. 45. de R. J. in 6to n. 6 ibi: ampl. a. Etiam si verba pro proferente sint intelligenda, ut adeo limitanda L. Veteribus 39. ff. de pæt.

Finge ergo sponsum suæ sponsæ in pactis dotalibus, manu sponsi conscriptis, decem millia thaleroium donasse, si filium suscepit. Uxor facta peperit filiam, postea moritur maritus, quæritur an uxor, decem millia petere possit, ratio dubitandi, quod non filius, sed filia sit nata. Verosimile tamen scribentem etiam filiam sub filio comprehendere voluisse, alias apertius legem donationi scribere debuisset, sub

B 2

mascu-

ii CAP. I. PROBANS PERICUL. ESSE SCRIBERE

masculino enim sexu comprehenditur fœmininus, sed
non contra. L. 45. pr. ff. de Leg. 2. Verum quid si mulier
hæc post mortem mariti, ex alio viro liberos suscepit?
An donatum à priori marito petere potest, qvia con-
ditionem implevit? Relp. Verosimilius esse priorem
maritum intellexisse: Si sponsa ex se filium susce-
pisset arg. L. cum Vir 25. ff. de Cond. & demonstr. ibi: Ve-
risimile non est, de his liberis sensisse, qvia relictum in ca-
su liberorum existentium, intelligitur de liberis com-
munibus ex se. Goth. add. L. 25. lit. mibi A. Brunnem.
add. L. 25.

39. Sic Carolus V. Legato Regis Francisci Ducatum
Mediolanensem petenti respondisse fertur: Et prorsus
idem mihi placet, qvod Fratri meo Regi Galliarum.
Id qvod legatus præpropere Domino suo recripsit, ve-
luti re obtenta Puffendorff. d. J. N. & Gent. Lib. 5. S. 5. in
fin, cum tamen Carol. V. intelligeret, se eundem Du-
catum sibi petere.. Verum nisi excusationem à ve-
risimilitudine petas, talis ambigualocutio defendi non
potest, ita enim loquendum & scribendum, ut ver-
ba communiter intelligi possint. Si vero confideres
Principem acq'virendi cupiditate flagrantem, juxta il-
lud: plus ultra! non facile tam considerabilem Duca-
tum alii concessurum esse, prudens Legatus facile

40. jocum & illusionem suboltacere potuisset. Simili mo-
do ablegatus cuiusdam civitatis illusus, cum repon-
sionem: rem suam in portu esse, interpretaretur qvod
petito suo satisficeri debeat, cum tamen loquens postea
se excusaverit: se verba propriè intellexisse, qvod con-
troversia potentis fuerit de portu.

41. Dicte limitationi, secunda quam proxima est,
Atten-

INSTRUM. IN ACTU INTER VIVOS.

Attendendum esse, quod plerumq; fieri solet. Hinc iisdem continetur regulis L. n. 4. d. R. J. & cap. 45. de R. J. in 6to, qvæ limitatio multis illustrari possit exemplis, nisi proposito prolixitas contraria esset. Unum adduco ex Doctoribus, qui ad L. nostram 39. d. patt. commentati sunt: Civitas qvædam vendit domum qvit 43 und frey ohne einige Beschwerden / qvæsitum an hæc verba importarent futuram immunitatem à muneribus realibus? finge Procuratorem Civitatis ejusve administratorem contractus formulam conscripsisse, an ex L. veteribus 39. de pactis respondendum, contra civitatem interpretationem esse faciendam, qvia apertius legem contractus scribere potuisset? Non tamen sic 44 decisum à Mevio P. 3. Dec. 180. & Brunem. ad d. L. 39. de Patt. n. 5. Idq; recte, qvia regulariter fundus sine censu & reliquis vendi nequit per tit. Cod. sine censu vel reliqui. fund. comp. non poss. & qvia hæc verba ex more recepto nunquam denotant onera futura, à Republ. imposta, sed tantum alia onera tam præterita quam prælentia extraordinaria, v. g. qvod libera sit à pignore, reditu, censu & canone aliis præstanto, verba ergo capientur sensu eo, qvo solent capi. Mantic. de Tacit. & ambig. convent lib. 2. tit. 4. n. 102. sqq. Verum si Civitas 45 libera prædium haæctenus liberum sub dictis verbis vendat, aliud dicendum videtur juxta Besold. in Th. præst. lit. B. n. 40. & Feltman. ad L. 39. de Pat. n. 16. Qvia immunitas ab omnibus oneribus fundo qvafsi cohæret, & sic in dubio ad qvemcunq; transit possessorem. Nisi iterum dixeris: rem olim tributis obnoxiam 46 fuisse, qvamdiu vero immediate in dominio fuit totius civitatis vel Reipubl. nihil solutum fuisse, ne civi-

B 3 tas

sed
lier
rit?
ou-
em
ce.
Ve-
ca-
m-
m.

im
us
L.
ve-
in
u-
re-
on
r-
es
il-
a-
le
o-
n-
d
ea
-
t-
-

14 CAP.I. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

tas a se ipsa pecuniam expetiisse videretur, hoc enim casu onera realia, alias consveta reviviscere, si res pri-
vato vendatur, idq; ex more regionis, dixerim.

47 Tertia limitatio nostræ regulæ sit: qvod verba
dubia contra eum, qvi verbis dubiis quid probare in-
tendit, interpretandasint. Probatur arg. L. favora-
biliores rei quam actoris sunt partes 125. de R. J. actoris
vero regulariter est probare L. 2. ff. de probat. obscura
enim probatio, in effectu non est probatio, qvia verba
cum effectu capienda sunt L. 5. §. 2. ff. ne quis eum qui
in ius vocat, vi exim. quam limitationem facile admit-
to, si scribens contractum verba dubia pro se adducere
velit, propria enim ipsi obstat culpa, qvod non aper-
tius legem scriplerit. Si vero adversarius, qui ver-
ba contractus non concepit, verba dubia contra scri-
bentem adducat, utiq; aliquid juxta L. 39. de pact. &
L. 21. ff. de contrah. emt. operantur, qvia interpretatio sit
contra scribentem.

49 Majoris momenti videtur quarta limitatio qvod
verba dubia contra eum interpretari debeant, in cuius
favorem sunt adjecta, fundatur in L. 11. & 33. ff. de con-
trah. emt. in quibus interpretatio fit contra vendito,
rem in L. 34. pr. ff. d. contrah. emt. interpretatio fit con-
tra emtorem, simili modo interpretatio fit contra stipu-
lantem, L. 38. §. 18. & L. 99. ff. d. V. obl. qvia in ejus
favorem fit stipulatio.

50 A qva non multum aliena est quinta limitatio:
qvod in obscuris id, qvod minimum, sequendum sit. prob.
L. 9. & 34. ff. d. R. J. & cap. 30. de R. J. in oto. Cui
sextam jungo: qvod ex circumstantiis de mente & vo-
luntate contrahentium judicandum sit L. 34 ff. de R. J.
L. 67.

SCRIBERE IN ACTU INTER VIVOS

15

L. 67 ff. cod. qvæ si haberit possit non adeo stricte inhæ-
rendum est verbis. L. 219 ff. de V. Sign. c. 8. X. cod.

Aliam limitationem nostræ regulæ affert excell. Stryk
in sæpe laudatis Caut. Contract. Sect. c. 4. S. ult., nisi scri-
bens contractum sibi reservet facultatem verba dubia
interpretandi. Quo tamen casu si contrahentes in in-
terpretatione verborum non convenient, non simpli-
citer standum est interpretationi scribentis, sed adver-
sario liberum est, provocare ad arbitrium boni viri, seu
judicis arg. L. 6. L. 76. ff. pro socio, plura de hoc casu
si legere qvis cupiat evolvat excell. Stryck. in d. cauet.
contract. sect. 2. c. 1. §. 42. in qvibus nunc accqvi-
cere lubet.

52

Anteqvam cap. 1. relinqvo ex Harsdorteri Schau-
platz Lust und Lehrreicher Geschichte bjt. 87. adduco
leqventern casum, verbis à dicto authore conceptis:
Ein Italianer schreibt von Genua, sein Mann in His-
pania soll ihm i. o. 2. Uffen senden/ (Das O. ist so viel
als Ove, oder) der Kaufmann sendet, z/ weil er nicht
mehr bekommen können. Der Genueser beklaget sich/
dass er so viel nicht besohlen/ sondern nur einen oder
zwey haben wolte/ welches er leicht errahnen können.
Der Hispanier sagt: Dass die Schuld sein/ weil er
deutlicher schreiben können/ und will die Uffen nicht
wieder annehmen. Hierüber ist eine grosse Recht-
fertigung entstanden. Si regulam L. Veteribus 39. ff. de
part. applicabis, pro Hispano tententia ferenda, qvia 53.
Genuensis integris literis scribere potuisset, qvot simi-
as desideret. Si vero limitationem primam n. 34. 35.
propositam applies, pro Genuensi sententia ferenda,

qvia

54

16 CAP. II. PROB. PERIC. ESSE INSTR. SCRIB. INT. VIVOS
qvia verisimile non est , aliquem integrum centuriam
55 simiarum , etne ganhe compagnie, alere voluisse. Mihi distinguendum videtur : an puncta inter numeros
distincte posita appareant , & Genuensi victoriam con-
cederem , quia & verisimilitudo & distincta puncta,
quaे non sine effectu posita, pro Genuensi militant.
Si nulla adsint puncta, pro Hispano sententiam profer-
56 rem quia numeri 102. pro centum & duobus vulgo
leguntur, atq; nego verisimilitudinem ei contrariari,
quia Hispanus credere potuit, plures adesse emto-
res , quorum singuli simiarum agilitate delectentur;
57 Verum quid si Genuensis puncta aduisse affirmet, His-
panus neget, affirmanti injungerem probationem
L.2. & 23. ff. de probat. quaे tamen vix aliter, qvam per
juramenti delationem expediri posset.

CAPUT. II.

probans
PERICULOSUM ESSE INSTRUMENTUM
SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE

SUMMARIA.

P	Ericulosum est in ultima	rum	n. 8.
	voluntale testamentum	Periculosum Sacerdotie testa-	
	conscrifere	mentum conscrifere se	
	n. 1.	non sit Notarius n. 10. 11.	
	Exemplo Notarii, qui imperite	Sitamen à rustico rogatus	
	testamentum conscrifit. n. 2	præstat tantum culpam	
	Sacerdos officio Notarii fungi	latam	n. 12.
	non potest.	quod etiam ad actus inter	
	n. 6.	vivos applicari potest.	
	Nisi id fieri possit sine negle-	n. 13.	
	ctu Sacrorum	peri-	
	n. 7.		
	Idem in preceptoribus Schola-		

CAP. II. PROB PERIC ESSE INSTR SCRIB IN ULT VOL. 17

- periculorum est, testamen-
tum conscribere, si scri-
bens in eo tutor con-
stituatur n. 14
Testamentum conscribens si
sibi legatum adscribat, le-
gatum perdit n. 17.
& tanquam falsarias puni-
nisi quis in ignorantia fue-
rit juris n. 19.
hinc miles excusatur n. 21.
Mulier n. 22.
periculorum est per filium in
potestate constitutum sibile
gatum adscribere n. 25.
aliquid si filius emancipatus
adscribat n. 26. s. q. q.
periculorum est filii, in pot-
estate constituto legata ad
scribere n. 28.
filio emancipato vero adscri-
bero impune lacet n. 29.
ut & maritus uxore n. 30.
non vero sibi in testamen-
to uxoris n. 31.
Notatur hinc Dñ. de Lyncker
n. 32.
Dicta ampliantur licet con-
sensu testatoris quis sibi
adscribat n. 34.
- ampliatur, licet testator ge-
neraliter subscripferit
n. 35 seq.
quotamen casu remissio pa-
ne impetratur n. 37.
ampliatur ut non habeat di-
cet idem diverse tempore
sibi adscriptum n. 38.
ampliatur, si sibi quid adscri-
bat, quod sibi utile esset
potest. n. 39.
Secus si nullum habeatur iuri-
tatem n. 40.
ampliatur, si quis se scri-
bat heredem n. 41.
Fidei commissum tamen sal-
vum manet n. 43.
ap filius sibi adscribere possit
n. 44. s. q. q.
ad hunc tamen differentia est
inter filium & extranem
contra Excellent. Stryck
n. 49.
Dicta praejudicis firmantur
n. 50.
An in testamento reciproco
locum habeat n. 51. seqq.
Quid si testamentum reci-
procum judiciis oblatum
n. 55. seqq.
Dicta confirmantur Responso
Rintelen



7 CAP. II. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

Rintelensum n. 58 sqq.
Diſta extenduntur ad Notariū
tarium n. 68.
Nisi diſpositio valeat tan-

quam testamentum nun-
cupatrum n. 70. sqq.
Vel in judicio testatori fue-
rit prelecta. n. 73

1. **P**romissi in præstatione facti memor, in hoc cap. 2. ostendendū mihi est, periculōsum esse in ultima voluntate instrumentum conscribere. Qvod probo exemplo Notarii, qui imperitē testamenti instrumentum confecit,
2. non adhibitis omnibus solennitatibus in Const. Maximil. de Notariis, præscriptis, hic enim hæredi atq; illi, cui damnum infertur, si testamentum pronuncietur invalidū ad interesse tenetur per d. Const. §. 1. ibi: Dass sie wiederkehrung der Schaden/un interess, denē so durch sie versäumet/ oder verführet werden/ zu thun schuldig sind & Tit. 4. von Appellation instrumenten §. 2. ibi: Die weil sie sonst ihrer Unwissenheit halber/den Partheyen/ so von ihnen verseumet würden/ ihr interesse abzulegen schuldig sind/ addetir. von Testamento §. 12. Verum quā actione? An locati an L. Aquilia, an utili in factū agrimenor falsum modum dixerit? Locati actio locum habere videbatur, qvia Notarius officium non exequitur gratis per Const. Maxil. §. Es ist 15. five autoritate judicis, five ad instantiam privatorum illa expediat, quā sui sunt officii. vid. Mev. Part. 3. D. 332. Verum cum honorabile sit Notarii officium, ei non tam merces quā honorarium & salarium debetur, vid. Carpz. Jpr. Const Lib. 1. D. 90: n. 5. adeoq; actio præscriptis verbis dicenda erit, si ex contractu qvis agere velit L. s. §. 21 ff. præscript, Verb. Actio vero in factū: si agrimenfor
- 3.
- 4.

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE

19

for utilis non est, qvia in eâ culpa tantum lata vindicatur L. i. §. 1. in f. ff. si mens. fals. modum. Excellent. Dn. Stryck. in tract. de Caut. Testam. c. 2. §. 2. eam vocat actionem in 5. factum. Ego actionem L. Aqviliae instituerem, in qvâ imperitia annumeratur culpæ, §. 7. Inst. d. L. Aqvil. & culpa vindicatur levissima L. in L. Aqvilia 4. 4. ff. ad L. Aqvil. Vel condictionem ex Const: Maximil. arg: L. un. ff. d. Condit: ex Leg: vel implorationem officii Judicis.

Dicta de Notario, extra dubium qvoq; applicanda 6. sunt ad Sacerdotes, si officio Notarii fungantur. Qvæ. stio tamen præjudicialis prius excutienda videtur: an Sacerdos munere Notarii fungi possit? Neg. clare fundata est in Cap: sicut 8. X. Ne Clericivel Monachi negot. secularib: se immisceant. Cui sententiæ purè subscribo, si per operam Notario incumbentem, occupationes fa- 7. cræ impedianter. Si verò sine negle:tu officii ecclesi- astici Notarii officium expedire possit, & illa didicerit, qvæ ad officium Notarii spectant Sacerdos simul esse potest Notarius. Brunnem in Jur. Ecc: Lib. 1 c. 6. memb: 10. §. 9. Id qvod etiam in Præceptoribus Scholarum pro- 8. cedit juxta Carpz: Ipr: Conf: L. i. D. 90. Ubi rescripto Consistorii supremi Dresdenis hoc illustrat, ibi: Wer wollt ihm / so viel ohne Verfaumnis seines Schul- 9. Ambts geschehen kann / sein Notariat-Ambt zu exerciren verstatten. Ne vero authoritas Juris Canonici nobis obstet, ecce eidem opponam Conf: Imperii, Ma- ximiliani scil. de Notariis §. Es ist auch 1. ibi: Et wäre dann Doctor, ein Rahtsher/ Mðnch oder Clericus, doch dieselbe (so sie sich haben bitten lassen) sind schuldig ih- re Protocolle zu öffnen. Ubi clare dispositum, qvod Clericus, si velit, simul officio Notarii fungi possit, quæ

C2

Condit.



CAP. II. PROBANS PERICUL ESSE INSTRUM.

Constit. cum propria sit. Germaniae, præfertur ordinatio Papæ, nullum jus in Germaniam habentis, nisi quatenus ejus Decretales ex libera voluntate sunt receptæ.

- o. Dixi quid juris sit, si Sacerdos simul sit Notarius, si vero talis creatus non sit, nihilominus vero ad ultimas voluntates conscribendas imperia plebeculae se offerat, & in solennitatibus quid negligat, idem dicendum puto, quod actione L. Aquilæ teneatur ad omne interesse, cum affectare quisq; non debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet, infirmitatem (sublurne imperitiam §. 7. In. 7. d. L. Aquil.) suam, alii periculosam II. futuram L. idem juris 8. ff. ad L. Aquil. Duplex enim hic occurrit culpa, primum quod se immiscuerit rei ad se non pertinenti; deinde, quod artificium condarum ultimarum voluntatem professus, nill tamen minus, quam hoc didicerit, quæ imperitia culpe annuleratur, ut conceptis loquitur verbis Dn: Stryck: ad Brunnem: Jus Ecclesiæ lib. I. Cap. 6. membr. 10. §. 9. adverb. Notariatus officium.

12. Verum, quid si Sacerdos à rusticis rogatus sit, ut testamentum eis conscriberet, & tunc ex imperitiâ aliquid circa solennia neglexisset? hoc casu Sacerdotem tantum de lata culpa teneri, dixerim arg. L. i. §. 1. ff. s. Mers. fals. mod. dixeris, quia operam beneficij loco præbet d. L. i. pr. maxime si imperitiam suam implorantibus indicaverit. Nec refert Sacerdotem à rusticis mercedem accepisse, propter ultimam voluntatem conscriptam arg. d. L. i. §. 1. ibi: Sed & si mercedem accepit, non omnem culpam eum præstare.

13. Dicta haec tenus de Notario & Sacerdote, etiam ad alios homines, & ad actus inter vivos applicari possunt,

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE

Tantum mihi sufficiat occasione ultimarum voluntatum hæc adduxisse. Periculum est ultimam conscribere alii-
cujus voluntatem, si testator scribentem constituat tu-
torem, is enim qui se ipsum tutorem scripsit, suspensus
habetur, quia ultra tutelam affectasse censetur L. Uxori
18. §. 1. ff. ad L. Cornel. de falso. adeoq; non valet tutela ut te-
stamentaria, licet alias Patris consilium in jure censea-
tur optimatum pro liberis L. *Nec in ea id. ff. ad L. Jul. d.*
Adult. Si tamen Judex videat, tutorem esse idoneum, 15.
& pupillo prodeesse posse, eum tutorem dare non pro-
hibetur, quo casu valet tutela ut dativa d. L. 18. ff. ad L. Cor-
nel. d. falso. Prætor enim utilitatem pupillorum sequi-
tur L. utilitatem 10. ff. de Confirm. Tutor. Adhuc aliud 16.
vero incommodum sentit is, qui se in alieno testamen-
to tutorem scripsit, quod scil. se excusare non possit,
si à Magistratu datus sit tutor d. l. 18. videtur enim de-
functo promisisse, quod tutelam gerere velit L. Ex sen-
tentia 29. ff. d. testam. tutel. qui vero præmitit defuncto
tutelam gerere, ille amittit suas exceptiones § 9. Inst.
de Excusat: tutor, nisi forte post conscriptum testamentum,
nova superveniat causa exculcationis, quia futuro
juri nemo renunciasset censetur.

Ad aliud nunc proprium ultimarum voluntatum 17.
accedo, & probabo: periculum esse ultimam conscribe-
re voluntatem, si scribenti legatum sit relatum. Si
enim scribens testamentum, sibi quoq; legatum vel si-
delecommissum adscriperit, perdit non tantum legatum
vel fideicommissum L. 1. ff. d. bis, quae pro non script. Sed 18.
in super tanquam falsarius punitur L. 6. ff. ad L. Cornel. d.
falso. L. 15. pr. ff. eod. ubi verba Edicti divi Claudi rete-
runtur sequentia: *ut si quis, cum alterius testamentum*
C 3 *vel*



22 CAP. II. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

vel codicillos scriberet, legatum sibi, sua manu scriplerit, perinde teneatur, ac si commisisset in Legem Corneliam, & ne vel iis venia detur, qui se ignorasse editi severitatem praetendunt. Ex ultimis his verbis colligo: Ignorantiam Juris non excusare, quia Lex ex ipso facto dolum colligit. Imperator tamen Alexander in L. SCto 3. C. d. his qui sibi adscrib. in testam. ab hac severitate recessit, & 19 veniam deprecantibus ob ignorantiam, eam dedit, in quibusdam tamen editionibus vox: raro, inlerta est, ut sensus sit: Divi Principes veniam raro dederunt, quia tamen amplissimo ordini idem adscribitur, cui tamen jus aggratiandi non competit, rectius particula: raro, omittitur, maxime cum haec poena veniam ob ignorantiam potentibus simul dictata sit, quod reliquum & sibi adscriptum petere non debeant.

20 Miles quoque si in testamento commilitonis sibi legatum adscriperit, si id errore & ex juris fecerit ignorantia, liberatur a poena L. Corneliae, sed legatum adscriptum, nec hoc casu miles petere potest. L. Quid adhibitus. s. C. d. his qui sibi adscribi in testam. Quid ergo de Mulieribus dicendum, an haec excusantur in severo hoc edito, propter juris ignorantiam? Verba quidem si quis in editis prohibitorii utrumque sexum comple-

21. tuntur L. si quis 7. §. 1. ff. de Jurisdict. Ergo & foeminae puniendam esse censeo, si iiciens contra Legem peccaverit. Si vero ignorantiam juris praetendat, a poena quidem liberata erit, sed legatum petere non potest arg. L. 5. C. d. his qui sibi. Et huc traho L. Drusus 15. §. 4. & §. 5. ibi: quae dictante Matre sua per ignorantiam juris legatum sibi scriperat ff. d. L. Cornel: d. fals. Nec singulare hic aliquid agnosco in Matre, & filia, sed exem-

22. 23.

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE

23

exempli loco has personas appositas esse censeo. Ratio: quia jCtus rationem decidendi in juris ignorantia fundasse videtur, adeoq; Gothotredi sententiam ad d. L. 15. h.r. meam facio: Mulieri, qvæ sibi aliquid adscribit, pena remittitur, ob juris ignorantiam. Cum vero ex adducta L. 3. C. de his qui sibi traditum à nobis sit, omnes qui veniam deprecantur ob ignorantiam, hodie eam impetrare, corruente tamen legato, dubium hoc relinqui videtur: ergò inter masculos & foeminas nulla differentia; Hanc tamen superesse censeo, qvod in masculis scientia juris, in foeminis vero ignorantia præsumatur, adeoq; ex eâ non laedantur L. Regula 9. pr. ff. d. jur: & fact: ignor.

Periculorum autem est alterius ultimam voluntatem non tantum propria conscribere manu, & sibi legatum adscribere, sed etiam periculorum, si quis filio committat ut tertii testamentum scribat, scribentis Patri vero legatum adscribat L. 15. pr. ff. ad L. Corm. d. falf: ibi: qui per filium, quem in potestate habet, legato honoratur. Qvæ verba mihi novum dubium crearunt: an ergo diversum, si quis per filium emancipatum vel per extraneum sibi legatum, consensu tamen testatoris, adscribi curet? Ratiocinatio satis est evidens, quia qvod quis per alium facit, per se fecisse putandus est. Mihi tamen contraria probabilior videtur, quia Lex pœnalis stricte interpretanda, maximè si tale qvid prohibeat, qvod alias est de genere permissionum, accedit, qvod in d. L. pr. expresse mentio fiat filii, qui in postestate est, argumento ergo à contrario ducto, qvod in ff tortissimum dicitur L. 1. pr. ff. d. Offic. ej. cui mandat. jurisd, aliud dicendum est, si quis, qui alicui adscripsit lega-



24 CAP. II. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

- legatum, non sit in potestate ejus, cui legatum adscribitur.
28. Plt. Is vero idem subit periculum SCti Claudiani, qui non quidem sibi, suis tamen quos in potestate habet legatum adscribit L. Filius emancipatus 14. pr. ff. d. L. Cornelius fals. ibi; nobis vel his quos in potestate habemus adscribere legatum adeoque quaestio haec expresse decisum est, secus atque creditur Carpzoy. Dec. 151. n. 16.
29. Ex dictis verbis iterum colligo: Filio emancipato, fratris vel alii coniuncto legatum adscribi posse per textum expr. L. impuborū 22. §. 2. ff. L. Cornelius fals. ubi filio emancipato recte adscribitur legatum & filius Matri adscribitur re potest. L. 11. §. 1. ff. d. tit. Maritus quoque uxori legatum adscribere potest L. Uxori 18. pr. ff. d. tit. ibi: Uxor legatum in alieno testamento scribere non prohibemus. At
30. si Maritus in testamento Uxoris suae, sibi adscribat legatum, adhuc incidit in pœnam L. Cornelius & SCti L. Quia in testamento 4. C. de his qui sibi adscribitur in Testamento,
31. Ex dictis liquet, quantum opere iuris nostri fundamēntis aberrent JCTi Jenentes, quando in celeberrimi de Lyncker Decis. 664. part. 2. Mens. April. 1695. responderunt: Unde in patre & emancipato par est ratio, quippe quod huic ab intestato aliquando successurus esset. Ratio enim haec directo contra apertam L. 22. §. 2. ff. ad L. Cornelius d. fals. ne vero excipias, olim Patrem emancipato non successisse, ecce aliam L. 1. pr. ff. eod. ubi patri permittitur filio in potestate constituto impune adscribere legatum in testamento commilitonis, addita ratione, quia Patri non accquiritur, spes vero succedendi, & in hoc, & sequenti casu d. L. 11. §. 1. ubi filius Matri impune adscribitur, adeo quod in eo legato aliquando

M.
cri-
ni-
ha-
d.L.
us-
de-
16.
fra-
ext.
ci-
be-
atū
ile-
At
le.
Cti
.iii
da-
er-
95.
110.
et.
ff.
e-
od.
m-
o-
ve-
bi-
ta-
do

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE.

25

aliqvando succedere possint, præsens enim utilitas æstimatur qvæ immediate in scribentem redundat, non vero illa, qvæ aliqvando speratur. Adeoq; evi- dens est (contra Decis. 664. Lynckeri) insignem subesse diversitatem, an Pater adscribat filio in potestate con- stituto, an vero adscribat emancipato.

Dicta hactenus de periculo, qvod subit conscribens 34
testamentum, si sibi legatum adscribat, locum quoq; habent, licet probare velit, illa qvæ scripta sunt, volun- tate testatoris, vel eo dictante scripta esse L. 14. pr. ibi:
jussu Patris L. 15. §. 2. &c. 3. ff. d L. Corn. de falf. L. 1. ibi:
Patre dictante & L. 3. ibi: qvamvis dictante testatore C:
de his qui sibi adscrib. in testam: Nec prodest, si testa- 35
tor testamentum sua subscriptat manu, vel addat illa,
qvæ in hoc testamento continentur, suam propriam
ac constantem esse voluntatem. L. Divus Claudius 15
§. 1 ff d L. Corn. d. falf ibi: nec generalem subscripti-
onem testatoris valere, adversus SCti autoritatem. 36
Sed in persona extranea desideratur ut specialis men-
tio fiat legati, qvod testatoris voluntate à scribente
testamentum adscriptum sit L. 1 § 8 ff d L. Corn. d. falf
qui vero voluntatem testatoris probet, facilius pœnae 37
remissionem impetrat, maxime si sponte seemolu-
mento legati carere velle, profiteatur L. 3 C. d. his qui
sibi adscrib. in testam: Id vero non prodest scribenti,
qvod diverso tempore & in codicillis & in testamento 38
sibi legatum adcripsiterit L. 22. §. ff. d. Leg. Corn. d. falf.
quia utroq; tempore contra Leges peccavit.

Hactenus ostendi satis pericolosum esse si quis 39
scribens testamentum sibi legatum adcripsiterit, nunc
ampliandum hoc, ut idem obtineat, si tale quid scri-
bat.

D



26 CAP. II. PROBANS PERICUL ESSE INSTRUM.

bat, qvod ulla ratione utilitatem scribenti afterre po-
test L. 22. §. 10. in fin. §. 11. ff. de L. Corn. de fals. L. 2. C. de his

40 qui sibi adscrib. ibi : aliquod emolumenatum, quoties
vero tale quid scribitur, ex qvo scribens nullum ha-
bet commodum, toties contra SCtum non peccat
d. L. 22. §. ult. v.g. si exheredet vel sibi legatum adimat.

41 Dubium movet Carpz. in Dec. 15. an dicta etiam
procedant, si quis se scribat hæredem, variisq; argu-
mentis affirmativam defendit, qvem etiam sequitur
Brunnem: ad L. 14. ff. ad L. Corn. d. fals. n. 2. exidenti-

22 tate rationis & majoritate ejusdem.. Sed his amba-
gibus opus non est, qvia & hic casus claris & perspi-
cuis verbis in Legibus decitus est. vid. L. 1. ff. d. his,
que pro non script. ibi : Si quis NB. hæreditatem vel
legatum adscriperit queritur an hæreditas vel lega-
tum pro non scripto habeatur ?

43 Si vero sibi adscribens hæreditatem vel legatum
fidei commissio gravatus sit, id qvod sibi adscriptum non
valet, valet tamen fideicommissum, ad qvod præ-
standum hæres obligatur L. fin. ff. d. his que pro non
script. habent.

44 In filio sibi adscribente hæreditatem vel legatum
aliqui & quidem pleriq; limitationem faciunt, qvod
in eo SCtum cestet per L. 1. C. d. his qui sibi adscrib. in
testam. quam legem Brunnem, in Comm. Cod. ad d. tit.
n. 5. restringit: modo non majorem portionem sibi
adscribat, qvam ab intestato competebat. Celeber-
ritus Stryk. vero in Caut. Testam: c. 15. §. 9. ad porti-
onem legitimam. hunc texutum restringit, in reliquis
autem bonis eadem cautela opus esse putat, qvain
45 extraneis. Evolventi autem mihi digestorum vo-
lumina

lumina, appareat, Paulum eundem casum de filio emancipato proposuisse in L. filius emancipatus 14. pr. ff. d. L. Corn. de fals., sed eum eadem pena, qva alii adscribentes teneri, decidisse ibi: *emancipatus filius eadem pena tenebitur, licet NB. jussu Patris scriperit.* Et filium fam. in potestate constitutum tandem excipit, ita tamen ut subscriptionem testatoris habeat. Quid ergo de tam evidenti dicernus anti-⁴⁶
nomia? An Lex Codicis ante trecentos annos, antequam Justinianus ad Imperium venit, lata, dero-
gare potest digestis? Tentabimus conciliationem dicendo: Legem 14. ff. continere regulam L. i. C. vero exceptionem, si scil. filius sit solus & unicus heres patris defuncti, cuietiam sine testamento com-
petit bonorum possessio. Hoc calu, qvia nullius me
tui potest praेजudicium, cessabit L. Corn. & SCti pena
arg. L. Quid sit falsum in fin. ff. d. L. Corn. de fals. ibi:
non qui alias in computatione vel ratione mentiuntur.
Qvod si divinotoriam dixeris resolutionem, melio-
rem mihi des, salva tamen L. 14. ff. d. L. Corn. de fals.
Interim a me data approbata est a Perez ad C. tit. d. his
que sibi adscribi in test. n. 5. In casu ergo obveniente,⁴⁸
si filius unus propria sibi manu, legatum praecipuum
sibi adscripsisset, in praējudicium aliorum liberorum
sequerer dispositionem d. L. 14. quia & filius Patris
voluntatem circumvenire potest. Stryk. d. Caut. Te-
stam. c. 15. §. 9. In quo, in effectu cum Viro Excel-
lentissimo consentio, (qvod vero in fine addat: quoad⁴⁹
reliqua bona eadem cautela erit observanda, qvam in
præcedentibus commendavi, ubi specialem testatoris
desiderat approbationem, rejecta generali, in eo ea-

28 CAP. II. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM:
tenus à Viro Eminentissimo modeste dissentio, qvod
in filio sufficiat subscriptio Patris generalis, per text:
perspicuum in L. 1. §. 8. ff. d. L. Cora de fals. ibi : inter-
filium & extraneum testamentum scribentes hoc in-
terest, qvod in extraneo, si specialiter subscriptio fa-
cta est, pana cessat, & capi potest, in filio vel gene-
ralis subscriptio sufficit, & ad pñnam evitandam, &
ad capiendam. Quæ verba cum luce sint clariora,
plura non addo.

50 Adductas à me Leges adhuc hodie in usu esse non
est dubitandum. Si quis præjudicijis delectetur, ea ad-
scribo: Sic judicatum esse Lipsjæ à FCte Jurid. mens.
Jul. 1631. teste Carpz. P. 3. C. 3. D. 9. in fin. & Finckelth.
Obs. 101. n. 17. Simili modo judicatum ibidem mense
Aug. 1632. teste Carpz. d. l. & die 12. April. 1633. Finckel-
thus. d. 1. n. 16. Sic responsum Jenæ Mens. April. 1695.
teste Lynckero P. 2. D. 664.

51. Restant tamen aliqua adhuc dubia, nunc excu-
tienda, sic dubiatur an dicta à nobis in testamentis
Conjugum reciprocis locum habeant? Ratio dubi-
tandi, qvod uxor marito facultatem dare possit de
suis bonis disponendi, qvæ dipositio valida, si modo
uxor sua subscriptione dispositionem mariti confir-

52 met. Carpz. P. 3. C. 2. D. 13. n. 7. Accedit Uxorem super-
stitem, testamentum mariti manu conscriptum, pro-
fe adducere & successionem prætendere posse, ergo
idem in casu inverso obtinebit, si uxor præmortua,
qvicquid enim juris in altero correlativorum illud
qvoque obtineat in altero, arg. S. 3. Inst. d. Societ

35 Nihilominus & in hoc casu idem juris esse, qvod su-
pra traditum intrepidè statuimus, ita ut maritus sua
manu

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE.

29

manu se hæredem scribens in testamento conjugum reciprocō, non posse succedere uxori, licet uxor succedere possit marito. Prius probō L. 1. ff. d. his, quae pro non script. juxta L. 4. quae in testamento 4. C. d. his qui sibi adscrib. in priori enim Lege traditur, qvod nemo sibi hæreditatem sua adscribere possit manu, in posteriori qvod nec maritus in uxorū testamento sibi adscribere valeat. Qvod vero Uxor marito succedat probō: quia duo distincta sunt testamenta, quae non valent jure contractus, sed in viam ultimae voluntatis, Carpz. P. 3. C. 2. D. 13. n. 5. Consentient nobiscum inter terminis Peretz ad Cod. tit. de his qui sibi adscrib. in testamento n. 7. in fin. ubi allegat Ant. Gamma Dec. 232. n. 6. Mev. ad Ius Lubecense Part. 2. Tit. 1. art. 10. n. 23. ibid. Si uxorū testamentum non valet, quia maritus se ipsum in eo hæredem scripsit, mariti tamen voluntas rata est.

Verum qvid si ejusmodi testamentum judici oblatū 55 est, an eo casu convalescit, ita videbatur, quia nunc publica confirmatur autoritate, ac omnis fraudis suspicio cessat, quam Sententiam admitto, si in judicio Uxori prælecta sit voluntas, si vero in scriptis oblata & non prælecta sit, adhuc idem dicendum puto, qvod hæreditas uxorū ejusve legatum marito non debatur, si ejus manu testamentum sit scriptum, ab Uxore vero generaliter tantum subscriptum sit, quia & hoc casu facile fraus fieri posset a marito, nisi specia. 56 liter in judicio dixerit: qvod Maritum scripsit hæredem, vel e legatum reliquerit. Lubet illustrationis causa, in simili casu, à Rinthelen sibus datum responsum conceptis subjecere verbis:

Ob iwar in Rechten erlaubet und zugelassen/ quod 57

D 3

con-



30 CAP. II. BROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

conjuges simul testamentum condere & in eadem charta, se reciprocè hæredes instituere, & talia testamento, qvamvis re ipsa duo & diversa sint testamento unius tamen solennitatibus expediri possint, arg: L. licet 19. C. de pæt. ibiq; Balduin. Salicet Ca-
strenſ. & DD. commun: Oldrat. Conf. 174. Gail. Lib. 2. O. 117.

Und dann/ aus der Copia dieses Testamenti und
den Bericht erhellet NB daß dasselbe / auf allen
Blättern / von beyden Eheleuten unterschrieben/und
unter siegelt/ und auf beyder Ehe-leute Begehen/ von
dem damahligen Stadtschuldheissen/ und beyden
Bürgemeistern/nachdem ihnen dieses Testament von
beyden Eheleuten NB verschlossen vorgezeigt/ mit
Bericht/ daß in demselben ihr letzter Will enthalten
wäre/ als ein Gerichtlich Testament aufgenommen/
und von ihnen durch ihre eigenhändige unterschrift/
und beygedruckten Amt- Siegel confirmiret wor-
den. Also dieses Testament/ als ein Testamentum
ad acta conditum, anzusehen/ und zu halten ist/ per
radita Berlich. P. 3. C. 4. n. 9. fqq.

60 Jedoch aber weilen Titius, das ganze Testa-
ment und also auch dieses. Trüge sichs auch fünf-
tens zu (worn die Wit. Testatrix Seja NB. ihren E-
he- Herren den Titum hinwiederumb zu ihren uni-
versal Erben eingezehzt hat:) mit seiner eigenen Hand
geschrieben. So halten wir dafür: Dass solch Te-
stament/ so viel der Seja Güchter/ und Verlassenschaft
betrifft/ allein von deswegen zu recht unkräftig und
nicht beständig sey. Folglich der Seja Verlassenschaft/
durch solch Testament/ auf ihren Ehe- Herren schli-
egen nicht / sondern vielmehr auf der Testatricen hæ-
redes

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE 37

redes ab intestato devolviret / und dieselbe dazu zu
admittiren seyn.

Sintemahln nicht allein ins gemein bekandten 61

Rechtes: qvod scriptura illa, qvâ, sibi aliquis in
alterius testamento legatum vel fidei commissum ad-
scribit, de falso suspecta, adeoq; prohibita sit, ut non
solum illud, quod sibi quis adscriptis, pro non scri-
pto, & nullo habeatur, sed etiam tatis Icribens pœ-
nâ L. Corneliae de falsis teneatur L. 1. §. 7. L. 6. L. 14. L.
15. ff. ad L. Cornel. d. fals. L. 3. C. d. his qui sibi adscrib. in te-
stam. ibid. Salicet & Dd. Commun. Sondern auch
insonderheit eiuem Ehe - Mann dergleichen in Testa-
mento uxoris sich zuschreiben verboten ist per L. 4. C.
qui sibi adscrib. in testam.

Und ob zwar das SCrum vel Edictum Claudia- 62
num, worinne dergleichen verbothen / nur von Lega-
tis und fideicommissis redet/ so ist doch eadem, imo
major ratio prohibitionis bey demjenigen/ so gar das
Testamentum alterius schreibt; ideoq; idem jus
statuendum, ut in terminis docet Carpz. D. 151. per
L. 15. §. 3. ff. ad L. Cornel. d. fals. L. 3. C. qui sibi adscrib.
in testam. ibi: aliquod emolumenatum,

Es thut auch nichts zur Sache / dass die Testa- 63
trix, das Testament auf allen Blättern / bis zu
Ende/ mit ihrer eigenen Hand unterschrieben/ und be-
siegt habe. Siqvidem ad hoc, ut ejusmodi adscri-
ptum, in alterius testamento. valeat, nuda testatoris
subscription & subsignatio, etiam si constet, qvod te-
stator testamentum dictaverit, non sufficit, sed præ-
cise requiritur, ut aliunde constet, id qvod sibi ali-
quis adscriptis, ex voluntate testatoris adscriptum
esse scil. ut subscriptione sua speciali se declaraverit
testa.



¶ CAP. II. PROBANS PERICUL. ESSE INSTRUM.

testator, se adscriptum illud scribenti dictasse, aut NB praelecto ipsi testamento, illud adscriptum approba-
verit d.L. I. §.8. L. 15. §.1. 3. ff. ad L. Cornel. d. fals. L. 2. L. 4.
C. de his qui sibi adscrib. in testam. Brunie. in L. 14 ff. ad
L. Cornel. de falsis n. 2. Carpz. P. 3. C. 3. D. 10.

Noch weniger aber ist hiebei zu attendiren, dass

64 NB der Stadtschuldheiss / und beyde Burgemeistere/ das Testament unterschrieben/ und mit ihren respecti-
ve Amts und Stadt-Siegel bekräftiget / und dabei
attestiret/ dass beyde Eheleute solch Testament in ih-
rer Anwesenheit unterschrieben haben. Sintemahln
aus ihrem dem Testament beigefügten Attestato
zwar erhellet/dass sie nomine Titii, nach dem Hause/
wo die Testirende Eheleute gewohnet berussen wor-
den/ nicht aber dass sie zugleich nomine Sejæ und zwar
in specie ad actum testandi erforderet worden/ wie de-
nen Rechten nach geschehen sollen. L. 21. §. 2. ff. qui
testam. fac. poss. Farin. d. Test. qu. 62. n. 55. Berlich. P. 3.
Concl. 4. n. 17. Gail. lib. 2. O. 117. n. 2. 3.

65 Über das so ist ihnen der Einhalt dieses vermein-
ten Testamenti reciprocí inter Conjuges, und inson-
derheit/ was der Sejæ letzten Willen betrifft/ nicht
vorgelesen/ sondern ihnen von beyden Eheleuten ein
Documentum verschlossen überreicht/ und nur dabei
gemeldet worden : Dass darin ihr letzter Wille ent-
halten sey/mit bitte/ solche Amts und Stadt-Ge-
richts wegen zu confirmiren. Quo casu tale testa-
mentum magis Vires assumit ex nudâ privatâ scri-
pturâ, quam ex approbatione facta per publicas per-
sonas, ignorantes contenta in Scripturâ clausâ. Ideo-
que solennitatem qvidem testamenti; non vero sub-
stan-

SCRIBERE IN ULTIMA VOLUNTATE

stantiam ejus probat post Bartol. in d. L. I. §. ex illaff. d. L. Corn. d. fass. Balduin. in Li Dictantibus C. de testam. Anton. de Gamma Dec. 231. n. 4. 5. Und weil also der Schultheiß und beyde Bürgermeistere / den Inhalt der Sejæ thres Testaments nicht gehöret/ und und also nicht sagen können/ daß es ihr Wille gewesen sey/ thren Ehemann zu einen universal Erben einzusehen/ so ist deren blosse confirmation dazu / daß sie deren ungültiges Testament convalidicet könne/ nicht zureichend/ sola enim confirmation nihil novi trahit Gail. L. 2. O. 1. n. 3.

Bleibet es demnach dabey / daß dieses Testament so viel die Sejam betrifft zu recht unkräftig/und deren Erbschaft /auff ihre nechsten Verwandten und hæredes ab intestato devolviret sey. Ut in terminis decidit præcitatius Anton. d. Gamma d. Dec. 231. n. 6. & ex eo Perez. in Cod. d. his qui sibi adscrib. in testam. n. 7. B. R. W.

De Notario publico dubium occurrere posset, 68
an hic quoque incidat in pœnam SCti Claudiani, si sibi legatum adscribat? Ratio dubitandi est, quod hic ratione officii obligatus sit testamentum aliorum conscribere, si ad id specialiter rogetur. Officii autem necessitas excusata esse debet, ut sunt verba L. Tuthorem 22. ff. de his quæ ut indign. Verum nec hunc excusatum habemus, quia sibi imputet, quod cautela in Legibus suppeditata, de speciali testatoris subscriptione, non sit usus. Huc pertinet responsum facultatis Lipsiensis d. 12. April. 1633. penes Finckelth. Observ. 191. n. 16. ibi: auch unter Notarien und andern Schreibern dessfalls kein Unterschied ist. &c. E.

E

quidem



34 CAP. II. PROB. PERIC. ESSE SCRIB. IN ULT. VOL.

- 70 Eqvidem penes Lyncker. p. 2. D. 651, invenio, quod actuarius suis liberis legatum adscribere potuerit, sed additur ibidem: Daß dem Testirer seine Disposition gerichtlich von Worth zu Worth vorgelesen/ und von ihm in allen ausdrücklich approbiaret sey Qvo calu propter nuncupationem convalescit voluntas.
- 71 Ex qvibus facile erit judicare de controversia Doctorum an poena SCti Claudiiani locum habeat in testamento nuncupativo, in scripturam redacto. Affirmativam defendunt Jul. Clar. recept sentent. L. 50. §. falsum n. 27. Faber, in Cod. L. 9. tit. 14. d. 1. Hahn, ad Wesenb. tit. d. his que pro non script. hab. ad verba: Sed & quod sibi. Perez, ad Cod. tit. d. his qui sibi adscrib. n. 8.
- 72 Qvia suspicio nec hoc casu in totum cessat. Verū mihi contraria sententia verior, modo legatarius legatum, vel heres hereditatem petat ex depositione testium, non ex scriptura propria Brunn. ad L. 1. ff. d. his que pro conscript. n. 3. ibique longa serie allegat. Si ergo testes sint mortui ex scriptura hæreditas vel legatum peti nequit Faber. d. Def. 1. Schilt. ad ff. Exercit. 39. §. 120. Ex eodem fundamento cessat poena, & legatum vel hæreditas iure petitur, si id, quod hæreditis vel legatarii manu scriptum, coram judice & actuario, vel coram Scabinis & actuario, prout in qvovis loco moris est, publicè fuerit testatori prælectum, & ab eo approbatum, sic enim voluntas confirmatur, non ex scriptura scribentis, sed ex nova declaratione coram actis facta. Qvo pertinet responsum facultatis Jenensis penes Lyncker. p. 2. Dec. 651.

CAP. III.



(35)
CAPUT. III.

Probans

PERICULOSUM ESSE IN DELICTIS IN-
STRUMENTUM SCRIBERE.

SUMMARIA.

N on est periculosum pro-	strumentum. n. 12. sqq.
actuario instrumentum scribere in delictis n. 1.	Ut & falsas literas mendicantium. n. 15. sqq.
Bene tamen pro eo, qui per scripturam delictum committit. n. 2. sqq.	Periculosum famosum libellum concipere n. 18. lqq.
Quia operam prestat in ipso delicto. n. 5.	An hodie pena capitis obtemperat? n. 22. sq.
Sic periculosum istrumentum conspirationis scribere. n. 6. sqq.	Periculosum quoq. Advocato, injuriosa inservere suis productis n. 24.
Et literas ad hostem conciperet. n. 9. sq.	Gautela Dn. Strykii examinatur n. 25.
In dissidationis crimen periculosum literas scribere. n. 11.	An conscribentem instrumentum in delicto excusat jussus illius, cui alias obedire necessum habet? n. 26. sqq.
Periculosum est in crimen falsi falsum scribere in-	

Periculosum esse instrumentum conscribere in delictis; nemo forte in dubium vocabit, modo intelligatur instrumentum quod continet delictum perpetrandum, vel quod ipsa scriptura perpetratur, non vero instrumentum, quod actarius de delicto commisso contra inquisitum

38 CAP. III. PROB. PERICUL. ESSE IN DELICTIS

inquisitum vel advocatum conscribit, de hac enim conscriptione, hac vice, tractare non lubet, sed letorem ad eos, qui de protocollis, & actuariis scriperunt, remitto,

2. In delictis autem perpetrandis, vel dum perpetrantur, periculorum esse instrumentum conscribere probo arg. L. Uxori 18. inf. ff. d. L. Cornel. d. fals., ubi in fine haec traditur regula: quod sribens instrumentum consensisse videatur scripturæ, quam scribit. Equidem propriè d. L. 18. pertinet ad eos, quorum in instrumento specialis facta est mentio, quod hi, scribendo instrumentum, & non contradicendo contensisse videantur, si vero ejus mentio facta non sit, contenta instrumenti approbasse non videtur arg. L. si Pater 6. C. d. Fidejussorib. Ubi subscribens instrumentum non censetur fidejussisse, sed ut testis subscriptissime, nisi in instrumento ejus fidejussionis mentio facta sit. Verum in delictis latius se extendit periculum scribendi documentum, sribens enim scribendo operam præstat in delicto, quod scriptura perficitur, adeoque reus fit ipsius delicti arg. L. un. §. 2. ibi: & ministri hujusmodi criminis, & porro: quicunque, opem eis tulerint, sive masculi sive feminæ C. d. Rapt. Virgin. Germanicæ: Er macht sich der Sachen und des delicti selbst theilhaftig. l. ex Corn. §. 19 ff. d. injur. ibi: scripsit.
6. Regulam hanc uno altero declarabo exemplo. Sic periculissimum est, instrumentum conspirationis, contra Rem publicam vel ejus supremum caput Principem conscribere, quia consribens ejusdem criminis perduellionis reus fieret, & eadem poena afficiendus esset, quia & concii & ministri eadem severitate

INSTRUMENTUM SCRIBERE

39

ritate puniendi sunt L. 5. §. 6. ad L. Jul. Majest. Soli 7.
 quoque subscriptentes conſpirationem, ſeveram cri-
 minis perduellionis poenam fuſtinent. Qvod trifti
 ſuo exemplo probabit Duç de Montmorani in Gallia
 Anno 1632. In effectu vero nihil intereft: anqvis
 instrumentum ſcriperit an ſubscripterit, pr. Inst. d.
 Emt. Vend. Simili modo ad crimen perduellionis 8.
 refertur, fi qvis hofti literas mittat, & in his talia
 ſcribat, que in perniciem tendunt Reipublicæ L. 1. 8. 1.
 ibi: literasve miſerit ff. ad L. Jul. Majest. Idem ergo
 dicendum de eo, qui literas ſua manu exaravit, licet
 aliud ead dictaret, ſcribens enim æq; adjuvat hoftem
 ſcribendo, uti alter dictando. Cum & nuncius,
 qvi literas ad hoftem transportat, ſi contenta litera-
 rum ſciat, ejusdem criminis reus fit. Schrader, de fe-
 d. p. 9. c. 5. n. 36. Fundamentum hujus opinionis ex
 d. L. 5. §. 6. C. ad L. Julium Majest. repetendum eft,
 quia concii & ministri, in hoc delicto eadem poena
 teneantur.

Simile judicium fit, si Vasallus tale instrumen- 9.
 tum concipiat, in quo aliquid in perniciem Domini
 ſcribitur, vel manifestatur, ſic enim feloniam com-
 mittit, & feudo privatur l. F. 17. ibi: Si Vasallus cre-
 dentiam Senioris in ejus damnum ſcienter manifeſtaverit,
 beneficio carere debet, contra Vasallagium enim ſeu
 juramentum fidelitatis peccat, qvi prava confilia
 contra Dominum inita non manifeſtat, ſi quidem
 Juramentis hodie inferi ſolet: Auch nicht in dem Rah-
 te vielweniger bey der That ſeyn da wieder Dominum 10
 gehandelt oder gerichtschlaget würde/ Domini vero
 und dessen Erben/Frommen/ Ehre und Ruh fordern/

E 4

NB



38 CAP. II. BROBANS PERICUL. ESSE INDELICTIS

NB Schaden warnen und wenden nach besten Vermögen/ insonderheit/ da ich erfuhr/ daß etwas contra Domini Leib/ Ehre/ Würde und Standt wolte für genommen werden/solches NB. Domino offenbaren/ vid. Excell. Stryk. Exam. Jur. Feud. in append.

I. In diffidationes crimine literas alterius jussu consignare, maximè quoque periculosest: Brandbriefe zu schreiben / eâdem enim pœnâ, quad mandans tenetur, scribens quoque afficiendus est. per Recess. Imp. d. anno 1594. §. vergleichen. ibi: So statuiren/ordnen und wollen wir/ so sich also zu Absagebriefen/zuschreiben / ziehen und vermögen lassen/ nicht weniger als der diffidant, nach Inhalt unserer/ und des Reichs Ordnung mit unnachlässiger Straffe angesehen und an gehalten werden sollen. Executio-
ni enim dat pessimum propositum mandantis, & literas ejusmodi dictitantis Carpz qu. 37. n. 40. Mandans vero & mandatarius, in delictis, regulariter eâdem pœna tenentur.

12. In crimine falsi, per multa regulæ nostræ occurrant exempla, si quis enim falsa conscriperit instrumenta, pro diversitate circumstantiarum, gravissimè punitur per Conf. Carol. art. 2. ibi: Welcher falsche Briefe/ Instrument &c. machen/ die sollen an Leib oder Leben/ nachdem die Fälschungen viel oder wenig/ boshaftig oder schädlich gesichtet/ nach Racht der Verständigen/ oder sonst peinlich gestraffet werden. Ne vero cogites ad ultimum supplicium tamen deveniri non posse, si quis falsa conscribat instrumenta, unicum in contrarium adducat præjudicium, quod in hac ipsa terra Meklenburgica, ad consilium Scaniorum

INSTRUMENTUM SCRIBERE

binorum Lipsiensium Anno 1615. pronunciatum est,
seqventibus formalibus: Ob nun wohl der Gesan-
gene an oberzehlten allen Utrecht und zu viel ge-
than/ und er demnach straffwürdig/ so kan doch sol-
che seine Verbrechung für ein turtum nicht geachtet/
und er mit der Straße des Stranges/ gleich anderen
Dieben nicht beleget werden. Er mag aber gleich-
wohl/ wegen holcher seiner begangenen und bekand-
Verbrechung NB indem er unterschiedene Falsa ver-
fübet/ Chur- und Fürsten/ Klöster/ Städte/ und andere
Peesohnen/ hohes und niedrigen Standes/ bößlich
und vorsehlich betrogen/ und unter den Schein des
Rechten/ viel Geldes so sich auff etliche 1000. fl. erstrecket/
als Allmosen colligirt und erlanget etc. An-
dern dergleichen leichtfertigen Gesellen und Falsariis
zum Exempel mit dem Schwerdt von Leben zum To-
de gestraft werden V. R. W.

Exquo liquet juxta Const. Crim. adhuc pœnam 15.
vel capitalem , vel corporalem vel relegationem esse,
communiter tamen fustigatio dictari solet: Sic ma-
num Electoris Saxonie imitans & falsum eo com-
mittens fustigatus est teste Carpzov. Qu. 93. n. 67.
Item qui in literis mentiuntur incendia & infornitia,
die auff falsche Brand- oder Bettelbriefe das Almo-
sen sammelen fustigantur Carpzov. Qu. 93. n. 72.
Cujus pœna executionem, in hac ipsa Rostochien-
si civitate adspexi. Funge jam aliquem non con- 16
scripsisse ejusmodi instrumenta, sed alii pecuniam
dedisse , ut ejusmodi falsa conscriberet instrumenta
sed alii pecuniam dedisse, ut ejusmodi falsa conscri-
beret instrumenta, an concipiens & Scribens eadem
affici.



40 CAP. III PROB. PERICUL. ESSE INDELICTIS

afficiendus erit pœna? Qvod intrepide affirmo, ne
adversatur, qvod scribens his instrumentis falsis non
utatur, in falso autem, ad pœnam ordinariam des-
ideratur, ut falsarius falso usus sit, vid. in Simili Carp-

zov. Qu. 42, n. 28. Qvia in Conf. crim. art. 112. dicta
pœna falsi illis constituta est, qvi falsa instrumenta
scribunt: Die falsche Briefe und Instrument ma-
then/ Carpz. Qu. 93, n. 79. Sufficit enim, qvod fal-
sariis sua operâ, auxilium præstent in falso commit-
tendo, idque raro sine spe lucri.

18. In famoso libello quoq; periculosisimum est in-
strumentum conscribere, qvia & hunc eadem, qvâ
dictitatem, pœnâ afficiendum esse censeo, qvia
scribendo eandem dissimilato infert injuriam, in-
idemq; deluctum, cum dictitante consentit, vid. L.
un. C. d. famos. libell. ubi is, qvi famosum libellum NB.
ignarus reperit, & igne non consumit, sed vim ea-
rum manifestaverit, quasi autor hujus delicti, capi-
tali sententiæ subjugandus est. Qyanto maius ergo

19 erit periculum illius, qvi mandato vel svalu alterius
famosum libellum concepit, verus enim autor est, dum
in delictum scribendo consentit.

Simili modo Typographi, qvi famosum libel-
lum typis exscribunt, & exscripta chartæ imprimunt,
hac pœna tenentur per Ord. Imper. polit. d. anno 1577.
tit. 35. von Buchdruckern und Schreibereysschreiften qvia
& hi operam dolose præstant in famoso libello divul-
gando, ergo eadem qva autor pœna afficiendi sunt.

20 Contrarium qvidem statuit, celeberrimus qvondam
Helmstedensium Professor Hahn ad Wesenb. tit. d, in-
juriu n. 19. ad verbasive falso sive etiam vere. Ubi tra-
dit?

110 INSTRUMENTUM SCRIBERE

41

dit : *Dicta pœna non habet locum in inventore aliove modo auxilium præstante quia verba art. no. Conſt. Crim. ad ipſum compositorem reſtrin- 21, guntur, idemq; de inventore & propalatore libelli famosi ſentit Carpz; Quæſt. 98. n. 21. Ad conſcri- bente tamē libellum famoſum & ſic in ipla com- poſitione auxilium præſtantem mitior poena per- tineſere nequit, quia revera eſt compoſitor famoſi li- bellī l. 5. §. 9. d. Injur. Imo in puncto Juris Hah- nii & Carpz. ſententia nec in dolofo di- vulgante locum habere potest, ſed eādem, quā ipſe compoſitor poena tenetur. per ordinat. polit. d. anno 1577. Th. 35. §. 3. in fin. ibi : biß der rechte Autor beſunden / NB der alſdann hambt denjenigen / ſo es alſo umbgetragen / ſeyl gehabt / oder ſonſt aufgeben / vermuſe der Recht / und ja nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen / darumb anderen zum abſcheulichen exemplē, mit ſonderem Ernst geſtraffet werden. L. un. C. de famoſ. libell. ſatis quoq; clara eſt, qvod omnes auxiliatores eadem poenā, quā compoſitores puniri debeant.*

add. d. l. 5; §. 9. d. Injur. Anverò omnis famoſum 22 libellum conſribens & concipiens hodie po- na ultimi ſupplicii afficiendus ſit, non conveniunt. Tuitio autem eſt via, ſi quis verbis Conſt. Crim. art. no. ſtrictè inhæreat, ut poena ſit talionis. Præjudicia adduxit Dn. Moller ad Part. 4. Conſt. E- lett. - SAX. 44. n. 6. qvod gladii poena ob famoſum libellum dictata ſit. Imo & Nobilem ob idem 23 delictum famoſi libelli decollatum eſſe, refert Ber- lich Part. 5. concl. 67. n. 21. Alia præjudicia

F

ad



23 CAP. III. PROB. PERICUL. ESSE IN DELICTI
adduxit Carpz. Qv. 98. n. 16. Ut sic non sit tutu-
sententia Dn. Hoppii in Exam. Instit. lib. 4. tit. 4. qv. 9.
Qvod hodie plerumque pena extraordinaria
sit.

24 Advocato quoque satis est periculoseum, si
verba injuriosa suis inserat scriptis, actione enim
injuriarum tenetur adversario injuriato. Quæ
injuriae vel separata actione vindicari possunt arg.
L. Prator edixit 7. §. 5. ff. d. injur. ibid. DD. Vel im-
ploratione officii judicis peti potest, ut istæ in-
juriae, in ipso principali processu puniantur.

25 Dicta amplianda sunt ad advocationem extrane-
um & forentem, hic enim forum sortitur in loco
judicii, in quo insinuari curavit scriptum injuri-
osum L. 1. §. 1. ff. d. reqvir. reis. E. 1. C. ubi d. crimin.
Johan. Philipp. ad Decisi. Sax. 89. Observ. 2. n. 2. sq.
Brunnem. ad Auth. Qua in Provincia C. ubi d. cri-
min. n. ult. Mev. Part. 5. Dec. 374. n. 4. ibid. alleg.
Tilemann d. Benign. in Syntagm. Dec. 3: Decad. 2.

26 not. 10. n. 18. seqq. Nec ei Strykii cautela prode-
rit, quam habet in introd. ad Prax. cap. 10. §. 7. in
fin. quod curare debeat sibi pecuniam proume-
rari, quia adversario daretur actio de calumnia-
toribus contra advocationem in quadruplicem. L. 3. §.
1. & sq. L. 5. §. 1. ff. d. Calumniat. Imo Judex ipse
ex officio ejusmodi injuriosa verba, in judi-
cio prolatæ, sine novo processu, punire potest.
Mev. Part. 5. Dec. 374. n. 10. Et sic in praxi servari
& quotidiè prouinciari certum est.

Verum



INSTRUMENTUM SCRIBERE

34

Verum quid si reus verba pro injuriosis ven-
ditet, actor neget, an reus petere poterit, ut prius
punctum injuriæ determinetur, anteqvam ad prin-
cipalem causam ulterius respondere teneatur?
Ita videri poterat, qvia injuriosa verba puniri
possunt statim, anteqvam causa principalis fu-
erit finita Mev. d. Dec. 374. n. 7. 8. qvia acta indu-
cunt notorium, qvod ulteriori cognitione opus
non habet. Decius *Consil.* 544. n. 6. Et vera hæc
est sententia, si verba per se sint injuriosa & nul-
lam connexionem habeant cum causa Principali.
Q voties vero actor de injuria accusatus præten-
dit causæ qualitatem, ejusmodi verba exigere, &
judici appareat, causæ principalis decisionem, eti-
am in injuriosis verbis, aliquid rhomenti afferre
posse, toties causæ principalis ventilatio, ob in-
cidens punctum injuriarum, differri non potest
arg. & alt. J. de exceptionib. ibi: ne dum de iis alter-
catur, ipsius negotii disceptatio protelletur.

Ultimo restat loco dicendum de exceptione: 30
an scribens instrumentum in delictis, se excusare
possit, quod jussu vel mandato illius scripsicerit, cui
qvodammodo obedire necessum habebat? Cir-
ca qvam qvæstionem, variè distingvendū censeo:
an scribens obedire necessum habuerit, an non...,
hoc casu nullam poenæ mitigationem afferat excu-
satio: qvod mandato alterius scripsicerit; qvia 31.
mandans & mandatarius regulariter eadempœna
tenetur *arg. L. 15. ff. ad L. Cornel. d. siccari. L. Hee*
verba 12. ibi: verba Legis, & ad eum, qui suavit
Pertinent ff. ad L. Jul. d. adulter. L. 1. ff. 12. ff. d. vi
Domini.




44 CAP. III. PROB. PER. ESSE IN DEL. INSTR. SCRIB.

& vi armat. ibi: parvi referre visum est, suis manibus

32 quis dejiciat, an vero per alium. illo casu si fuerit servus vel filius in potestate constitutus, iterum distingvendum, inter delicta graviora & leviora, in illis nulla datur excusatio, quia DEO & Rei publ. magis obediendum, quam Parentibus & Dominis. L. servus 20. ff. d. obl. & act. ibi: servus non in omnibus rebus, sine pena, Domino dicto audiens esse solet, sicut si Dominus hominem occidere, aut fur tum alicui facere, servum jussisset, nec impossibilia mandari possunt, turpia vero sunt impossibili bilia L. 15. ff. de condit. Inst. Si vero leviora sint delicta, jura excusationem admittunt, si quis iussu illius, cui alias obediare debet, delictum admiserit. Sic Filia, si intra annum luctus iussu patris nubat, non fit infamis, sine iussu, infamia notatur L. Liberatorii II. §. 4. ibi: qui obtemperavit, venia dignus est ff. d. his qui not. infam. Simili modo in Lege Aquilia, is damnnum dat, qui jubet dare, ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse est, ut sonant verba L. Is damnnum 169. ff. d. R. J. Adeoq; generaliter ex L. ad ea 157. pr. ff. d. R. J. concludo: Ad ea, qvæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignosci tur servis, si Dominis obtemperaverint.

35 Quid ergo de amanuensi dicendum, an huic quoque periculorum erit, in delictis instrumentum describere? & repeto distinctionem datam inter delicta graviora & leviora, in illis non excusat L. 20. ff. d. obl. & act. Bene in his d. L. 157. pr. ff. §. R. J. Qvibus dissertationi huic, per actis DEO gratiis, impono

FINEM.



Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle
004 505 76X

3



5b,

f



Pra. 27. num. 18.

25

1705, 7.

**DE
JURIDICA
ULOSA
PTIONE
UMENTI**

AM
ADJUVANTE
CI JCTORUM ORDINI,
VARNUM ACADEMIA

ÆSIDIO

S E L E B E R R I M I Q V E J C T I

NISJOACH. PFFERI,

COMITIS PALAT. CÆSAR.
MEGAPOLENSIS ASSESSORIS
VISSIMI

SPITIS AC PRÆCEPTORIS

ME DEVENERANDI

D. 10. OCTOBR. A.O. MDCCV

TORUM EXAMIN

117

Tull

TUND, HOLSAT.

OCHII,
EN PRINC. & ACVD., Typogr.



30